

## Aduertencias para

nos. Et idem pater Focher in Expositione  
cuiusdā indulti Pauli, 3. anno Domini, 1542.  
die, 20. Decembris, quod indultum seruat  
authenticū in Conuentu Sancti Dominici de  
Mexico, dubio. 2. ait, Commissarios Genera  
les & Prouinciales habere auctoritatem com  
mittendi fratribus usum priuilegiorum: non  
autem Guardianos, cuius verba hæc sunt. Du  
bitatur quis est ille prælatus cui committit  
Papa, ut de suis subditis licentiam vtēdi gra  
tiis indultorum? Res ipse est Commissarius  
Generalis Indiarum, vel Minister Prouincia  
lis, vel eius Cōmissarius, & in locis vbi est  
custodia perse, non habens superse prouinciam  
neq; Ministrum Prouincialem, sicut à prin  
cipio erat ista prouincia Sancti Euangeli,  
quando tantum erat custodia, ibi custos ha  
bet hanc auctoritatem concedendi suis sub  
ditis hanc licentiam, vtēdi prædictis gratiis.  
Idem de Cōmissariis, vbi non est custos, neq;  
Prouincialis Minister, quibus sunt subditī,  
sed immediate subsunt Cōmissario Generali  
Indiarum. Idem dicendum de aliis Mendicā  
tibus, respectiue. Hoc probatur insimili & fer  
me in eadem materia. Cle. Dudum, de Sepul.  
Vbi dicitur, q̄ tales Prælati nūc preſati, sunt  
illi